N.º 11.

12. Junio de 1702.

Venta de 12. q.^{nas} trigo censo, otorgada por D. Bernardo Magin Olives y Martorell, y D. Margarita Olives á favor de Bernardo Rindavets.

Cancelado.

Arxiu Comtat de Torre-saura

24

Ciutat d'Or
Cens

In Dei nomine, Amen. Noverint Universi; quod Nos Domp-
nus Bernardus Maginus Olives, et Martorell, et Dompna Mar-
garita Olives, et Quart Coniuges, Ciutadelle Minoris Insule ha-
bitatores; Non dolo, vi, vel metu, inducti, seducti, nec in aliquo cir-
cumventi; Imò vero Gratis, & scienter per Nos, et omnes heredes, et
Successores nostros pntes, et futuros, Vendimus, et titulo, seu ex cau-
sa huiusmodi Venditionis, concedimus, & tradimus; seu quasi Vobis
honori Bernardo Riudavets Negociatori filio Nicolai, Ville
Jsleonis, eiusdem Insule habitatori personaliter reperto in dicta Ciu-
tadella pnti, et vestris, ac quibus volueritis perpetuò; Duodecim quar-
terias frumenti cens. ani, et rens in specie ad rationem quadraginta so-
lidorum cens pro qualibet quarteria, boni, novi, nittidi, purgati
et receptibilis, et allatas, solutas, positas, et portatas in propriam ves-
tram habitationem et vestrorum; intus tamen pntem Insulam,
per Nos, et Nostros, dandas, solvendas, prestandas, et contribuendas
et per vos, et vestros, petendas, exhigendas, recipiendas, consequendas
et habendas in diè, sive festo Sanctorum Petri, et Phelicis Men-
sis Augusti primo venienti currentis anni Millesimi Septingente-
simi secundi per porratam, et à dicto die, sive festo in antea
singulis annis, et perpetuò in eodem die, omnes duodecim quar-
terias frumenti cens in specie, quas de novo imponimus, oneramus,
et incarricamus specialiter, et expresse in et super Cavallariam voca-
tam de Son Saura, et Binifabini, et eius fructibus, quam habe-
mus, & possidemus videlicet Ego dicta Dompna Margarita Oli-
ves, et Quart uti heres Universalis, & proprietaria Magci. ac Nobi-
lis Dompni Laurentij Quart Patris mei; et iste uti heres Nobilis
Don Joannis Quart Patris sui, Avi mei, mediantibus suis
respectivè testamentis continuatis in posse Disti Bartholomei Vila
Nott. sub diebus, & annis in illis contentis, ad servitium unius
equi armati pro tuitione pntis Insule, ad decimum de laudimio

Necnon imponimus, et de novo oneramus, et incarricamus dictas duodecim quarterias frumenti cens in specie in et super dictam Cavallariam de Son Saura, et Binifabini, et eius fructibus, verum etiam, et generaliter in et super omnibus alijs bonis meis mobilibus, et immobilibus, ubique sint, presentibus, et futuris, dummodo non sint sub alodio, et directo Dominio Domini nostri Regis; quæ omnia et singula bona nostra submittimus, stringimus, et obligamus perpetuæ servituti, et annuæ contributioni dicti cens prædictarum duodecim quarteriarum frumenti in specie, quas vobis, et vestris vendimus, et sub jure emphytheoticæ conditionis hoc est: sub omnibus illis modis, formis pactis, et conditionibus, quibus emphytheotæ compelli possunt, et debent ad solvendum census, quos faciunt Dominis directis earum proprietates, ac si bona ipsa a vobis acquisiuissemus, sub annua præstatione dicti censualis; Prædictas itaque duodecim quarterias frumenti cens in specie, cum omni scilicet earum jure, utili Dominio, emolumento, actione, requisitione, et jure perceptionis ipsarum; Et generaliter cum omnibus alijs universis, et singulis juribus ad illas pertinentibus, et pertinere debentibus quovis modo; Vobis dicto Domino Bernardo Riudavets Negociatori Nicolai filio presenti, et vestris ac quibus volueritis perpetuò vendimus, et tradimus, seu quasi pro ut superius dictum est. Pretio videlicet tercentum librarum monetæ Majoricensis encameratæ; quas confitemur, et in veritate recognoscimus a vobis habuisse, et recepisse numerando in presentia Notarij et testium infrascriptorum; Unde Renunciamus exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ, non habitæ, et non receptæ, et doli mali, et actioni in factum ac legi quæ subvenit deceptis ultra dimidiam justi pretij; Damus et remittimus vobis, et vestris, siquid hæc venditio modo plus valet aut amodo valebit pretio antedicto; Et sic constituimus nos prædicta quæ vobis vendimus interim vestro, vestrorumque nomine amodo tenere et possidere, donec, et quousque de eisdem apprehenderitis possessionem

possessionem realem, seu corporalem, vel aliam quamcumque de jure vel de facto, quam liceat vobis, et vestris apprehendere, et adipisci vestra propria auctoritate, quandocumque volueritis, et adeptam penes vos, et vestros licite, et perpetuò retinere; Titulo enim, et ex causa huiusmodi venditionis, damus, et cedimus vobis, et vestris omnia, et singula loca, et jura nostra omnesque voces, vices, rationes, et actiones nostras reales, et personales utiles, mixtas, et directas, ordinarias, et extraordinarias, reique persecutorias, et alias etiam quascumque nobis, et nostris competentes, et competentia, ac debentes competere quovis modo; quibus quidem juribus, locis, vocibus, vicibus, rationibus, et actionibus nostris iam dictis, possitis vos, vel vestri amodo uti, frui, agere, experire, et experiri, vosque tueri, ac defendere in judicio, et extra etiam, et ubique; Constituentes etiam vos, et vestros in his abinde Dominos veros, et procuratores irrevocabiles, ut in rem vestram propriam, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum vendendum, cedendum, impignorandum, et aliter alienandum, indeque faciendum de prædictis, quæ vobis vendimus vestras, et vestrorum omnimodas voluntates; Salvo semper in prædictis jure directo alodiali Dominio, laudimio, et faticha Domini Alodialis et suorum; Et sic convenimus, et bona fide promittimus vobis, et vestris quod prædicta, quæ vobis vendimus, faciemus vos, et vestros, ac quos volueritis semper facere, habere, tenere, et in plana pace perpetuò possidere, ac defendere contra omnes personas; Et tenebimur inde vobis, et vestris, firmiterque teneri promittimus de firma et legali evictione prædictorum, et de restitutione omnium missionum damnorum sumptuum, et interesse litis, et extra; Pro quibus sic complendis, et inviolabiliter observandis, obligamus vobis, et vestris omnia, et singula bona nostra, mobilia, et immobilia ubique sint presentia, et futura; Renuntiantes quantum ad hæc libelli oblationi et omnibus legibus, et juribus nobis quovis modo auxiliantibus; Et legi, sive juri dicenti: generalem renuntiationem non valere: Y se declare en lo present acte que dits Senyors Conjuges encarreguen

ditas dotze quarteras forment cens per effecte de quitar semblants dotze
quarteras forment censals, feyen de dita cavalleria a favor del Mag.ch Dr.
Dn. Marti Vila del Consell de Sa Mag.t y Jutge de Ciuil en la Real
Audiencia de Sardenya, en virtut de acte de encarregament firmat a
son favor per el Mag.ch y Noble Señor Don Gabriel Squella Proc.or
General dels Mag.chs y Nobles Señors Da. Margaritta Olives, y Quart
Vidua; y Don Lorens Quart y Olives Mara, y fill respective, y Pare
Sogra, y Avia de dits Señors Coniuges en poder del qm. Bartt. Vila Nott.
sots als 8. Janer 1688. Et quia Minores sumus viginti quinque anno-
rum, maiores vero 24. Iuramus ad Dnum Deum nrum, et eius sa-
crosancta quatuor Evangelia Manibus nris corporaliter, et sponte tacta
contra predicta non venire, nec venienti consentire, ratione nostre Mi-
noris etatis, nec alia quavis causa, seu ratione, nec Iuramenti absolutionem
petere, neque ea obtenta uti, nec gaudere. Actum est hoc in Ciutade-
la Minoric. Insule. Die Duodecima Mensis Iunii. Anno a Nat.te
Dni Millesimo Sexstingentesimo Secundo; Sig+na nostrum Domp-
ni Bernardi Magini Olives, et Martorell, et Dompne Margaritte
Olives, et Quart Coniugum Venditorum predictorum; qui predic-
ta laudamus, concedimus, et firmamus.

Testes huius rei sunt Dis.tus Raphael febrer Nott., et honor
Petrus faner Negociator dicte Ciutt. habit.; in quorum
pntia firmarunt, et jurarunt; ac Ego Joannes Codina Nott.
qui rogatus, et requisitus pns recepi Instrumentum.

Sit omnibus notum quod Nos Dompnus Bernardus Maginus
Olives, et Martorell, et Dompna Margarita Olives, et Quart coniu-
ges Ciutadelle Minoricarum Insule habit. Gratis, et Scienter
Confitemur, et in veritate recognoscimus vobis honori Bernardo Ria-
dauets Negociatori filio Nicolai Ville Isleorij, eiusdem Insule
habitatori personaliter reperto in dicta Ciutt. pnti, et vestris; quod
dedistis, et solvistis Nobis; Nosque a Vobis habuimus, et numerando

in pntia Nott. et Testium infrascriptorum recepimus tercentum libras
monete Majoricarum encameratas; Quarum pretio vobis dic pnti, et infrascrip-
ta Vendidimus illas Duodecim quarterias frumenti cens. ans. et rens
in specie ad rationem quadraginta solidorum cens pro qualibet
quarteria, quas imposuimus, et de novo oneravimus specialiter, et ex-
presse in et super Cabelleriam vocatam de Son Saure, et Binifabini, et
eius fructibus, pro ut in superiori Venditionis seu nove onerationis Ins-
trumento latius est videre; Unde Renuntiando exceptioni dicte pecunie
non numerate, non habite, et non recepte, et doli mali, et actioni in factum
ac legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti pretii; facimus vobis
et vestris de predictis bonum et perpetuum finem diffinitionem, et pntem
apocham de soluto in testimonium premissorum. Actum est hoc in
Ciutadella Minoric. Insule. Die Duodecima Mensis Iunii. Anno
a Nat.te Dni Millesimo, Sexstingentesimo Secundo; Sig+na nrum
Dompni Bernardi Magini Olives, et Martorell, et Dompne
Margaritte Olives, et Quart coniugum confitentium predictorum; Qui
predicta laudamus, concedimus, et firmamus.

Testes huius rei sunt Dis.tus Raphael febrer Nott. et
honor Petrus faner Negociator dicte Ciutt. habit.; in quo-
rum pntia firmarunt, et jurarunt; ac Ego Joannes Codi-
na Nott., qui rogatus, et requisitus pns recepi Instrum.

Sig+num Meum Joannes Codina auct. Regia Nott. publici [illegible] in
Jurisdictione Dni Nri Regis [illegible]
rum in Ciutt. Minoric. Insule domiciliati, qui suprascriptis Ven-
ditionis, et nove onerationis et apoche Instrumentis rogatus
et requisitus recepi, scribere feci, comprobavi, clausi et signavi.

Arxiu Comtat de Torre-saura

Arxiu Comtat de Torre-saura

Arxiu Comtat de Torre-saura

Arxiu Comtat de Torre-saura